



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

## **Theologia Moralis**

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

**Busenbaum, Hermann**

**Coloniae Agrippinae, 1713**

Q. 52. An comedere sine necessitate pertineat ad vitium gulæ.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42521**

» actus turpes, saltus, vel choreas in honestas, &c.  
 » siisque mortaliz, quando est inductiva alterius  
 » ad consensum, vel delectationem mortalem,  
 » vel ad eam ordinatur. Ibid.

» 3. Multiloquium.

» 4. Scurrilitas, quæ ab incepta letitia, & mul-  
 » tiloquio differt, quod illa sit in appetitu, istud in  
 » verbis: hæc in verbis & gestibus; dicitque sem-  
 » per aliquam in honestatem, licet ( per se, & si-  
 » cluso scandalo ) venialem; v. g. scurriliæ dicere,  
 » vel canere, ventum emittere, &c. ex levitate ad  
 » risum excitandum: mortale tamen esset, si fieret  
 » causâ delectationis venereæ. Baldell. l. c. Escob.

» 2. E. 2. c. 4.

» Ex parte corporis, Immunditia, Vomitus, &  
 » Seminis effusio: Quæ ultima, si voluntaria sit,  
 » mortale est. V. Laym. l. 3. f. 4. Less. l. 3. 6. 3. Bal-  
 » dell. l. 3. c. 29.

#### A D D E N D A.

308. Q. 51. Quid præterea notandum sit circa gulam.  
 R. Præter dicta n. 204., videri potest Gob. in  
 Quin. t. 5. c. 23., ubi s. 2. comprehendit species  
 gulæ hoc versu, præproperè, lauicè, nimis ardenter,  
 studiosè, & de eis fusè disurrit. S. 3. subf. 2. 3. &  
 4. examinat, an liceat vel sit obligatio comedendi  
 carnes humanas in extrema necessitate, vel  
 pro medicina. Subf. 4., etiam agit de potu san-  
 guinis humani. Subf. 5. & 6. agit de comedione  
 carnium crudarum, ceræ, creæ &c. Cap. 29. f.  
 3. examinat, an liceat bibere sanguinem pecu-  
 dum, vel lixivium.

309. Q. 52. An comedere sine necessitate pertineat ad  
 vitium gulae. R. Negant Maj. & J. Sanch., sed di-  
 cendum

cedendum est esse , ut cum S. Aug. docet S. Th. 1.  
s. q. 148. a. 1. ad 2. , quia est inordinatio plus ci-  
bi sumere , quam conveniat sustentationi naturæ  
& bonæ habitudini corporis : est tamen tantum  
veniale , per se loquendo .

Q. 53. An sit licitum intendere delectationem . 310.

que capitur ex cibo & potu moderato. Rx. §. 1. Maj.  
J. Sanch. Bass. & alii cum Moya t. 1. tr. 6. d. 1. q.  
3. affirmant velut probabile , quia talis delecta-  
tio , secundum dicta l. 3. p. 1. n. 894. , non est de  
se malo , unde si absit immoderatio , non videtur  
tali actui plus malitiz inesse , quam si quis se re-  
creet audiendo musicam , spectando florem , o-  
dorando rosam , in quibus nihil videtur esse ma-  
litiz , ergo licitum erit talem delectationem di-  
rectè intendere : supponunt autem hi auctores  
cum S. Bonav. Scoto & ejus schola , Vasq. Arr. O-  
vid. Avers. Gob. in Quin. t. 5. c. 1. à n. 106. aliis-  
que plurimis , posse dari actus humanos in indi-  
viduo indifferentes ; quos alii plures admittunt  
sicut per accidens dari posse ratione ignorantie  
invincibilis vel inadvertentie , cum major  
pars hominum ignoret , aut , quando operan-  
dum est , non cogitat de obligatione referendi  
omnes actiones suas ad finem honestum . Ex eod-  
em fundamento docent multi , quos refert  
Moya à n. 17. , conjugi licitum esse intendere  
copulam propter delectationem . E contrà da-  
mnatio hujus 8. prop. , facta ab Inn. XI. reddit  
opinionem illam difficultem , Comedere & bibere  
usque ad satietatem ob solam voluptatem non est pecca-  
tum , modo non obicit valetudini , quia licite potest ap-  
petitus naturalis suis actibus frui . Pro explicacione  
sit ,

Tom. V.

S

§. 2.